

De Apollonii Dyscoli

libro περὶ ἐπιρρημάτων

ad Ioannem Vahlenum

epistula critica

Gustavi Dronkii

Ut primae epistolae finem virorum de grammaticis Graecis optime meritorum mentione fecimus, ita non a re videtur alteram incipere ab Ottonis Schneideri laude. Qui cum primus accuratius investigaverit singula Apollonii doctrinae capita, tum commentatione novi Musei philol. t. III. p. 446 sqq. inserta libri π. ἐπιρρημάτων, qualem ex codicis auctoritate edidit I. Bekkerus, ultimam partem quae legitur p. 614, 26 — 625, 13 firmis rationibus et ab hoc libro rescuit et vindicavit operi περὶ συντάξεως, quod non integrum ad nos devenisse evicit. Atque eius acumini quam multa debeat crisis Apolloniana, me eo magis agnoscere decet, quod tantum non omnia, quae nunc praecipiam, abhorrent ab eis, quae ille statuit in commentatione supra laudata. Et enim ante illa quae recte removit bene procedere opinatus est p. 452 sqq. librum de adverbio neque esse quidquam in quo haereas. At cum in multis non leviter, tum valde haeremus in eis, quae proxime ante p. 614, 26 leguntur. Cum enim inde a p. 561, 33 singulae adverbiorum familiae communis terminationis vinculo conexas recenseantur, hunc in postremis deprehendimus ordinem: adverbium in δὲν exeuntia

producuntur p. 609, 28, τὰ εἰς δὴν p. 611, 23; sequitur quaestio de εἰς ὄ *) p. 612, 12; rursus familiae prodeunt τῶν εἰς υς p. 614, 7 et τῶν εἰς υ p. 614, 18. Sed verendum, ne ordinem dixerim, quam ἀταξίαν esse in propatulo sit. De εἰς ὄ enim singulari adverbio, cum neque sit praecedentium quae in δὴν desinant, neque sequentium quae in υς exeant, quo tandem modo disseri potuit in ea libri parte, quae adverbiorum genera ex finis ratione constituta inlustret? praesertim cum de adverbis, quae nullo genere recepta quasi sui iuris sint, tractatum sit p. 556, 30—561, 32 (de ἐχθές e. q. s.) Sed graviora restant.

Et enim quaestionem de εἰς ὄ pertinere inde a p. 612, 12 usque ad p. 614, 7, ut brevis index supra ascriptus indicat, ita qui oscitanter illa perlegat facile sibi persuadebit. Nam cum Apollonio sit constanter observata consuetudo diserte novae quaestionis initium significandi, nihil eius modi in illis occurrit. Verum qui diligentius indaget, necesse est in permultis offendat, quae non possint ad istud adverbium referri. Qua re accuratius quae disputat grammaticus examinemus. Dicit enim εἰς ὄ formam difficilem esse expeditu et propter accentum et propter spiritum in ο finali positos; cavendum vero esse, ne εἰς ὄ exaretur. Haec autem sunt ipsa verba p. 612, 21 sqq.: οὐ μὴν τὸ προκείμενον μόριον ὀφείλει καὶ περισπᾶσθαι καὶ γράφεσθαι σὺν τῷ ι. ἀλλ' οὔτε περισπᾶται, οὔτε σὺν τῷ ι γράφεται, μεταλήψιν δὲ ἔχει εἰς δύο μέρη λόγου κατ' αἰτιολογικὴν ἔννοιαν. καὶ ἀπορὸν γε,

*) Sic enim spiritu in ultima vocali posito scribendum est. Nam etsi in Graeca orthographia, sicut mos est, Alexandrinorum legibus neglectis te mancipare velis Byzantinorum consuetudini: tamen, si vetus grammaticus in vocis cuiusdam prosodia explananda laborat, ipse opinor non audes lectoris oculis eo caliginem offundere, quod iuniorum scripturam secutus illam prosodiam obscuras. Ut in εἰς ὄ vocabulo subsistamus: qui tandem Apollonii disputatio de spiritu in vocali, in quam id desinat, posito intellegi potest, si hunc spiritum omittis? Cf. Lehrsius ad Herod. π. μονήρ. λέξ. 25, 9, ubi ἀπαξῆπαντες ἀπαξ-ἑπλωσ- similia probat, et quaest. epic. p. 40 sqq. de scriptura ὀκονδέ similia vocum. Uno verbo moneam, eodem modo Apollonium scripsisse διὐ διῶτι et de quo luculenter praecipit p. 569, 11 sqq. ὠιᾶν.

πότερον ἐπιρῶδήμιά ἐστιν αἰτίας παραστατικόν, ἢ σύνδεσμος αἰτιώδης. Quae postrema aperitissimum est non spectare ad εἰς^δ adverbium, quippe quod neque causae notionem habeat neque, utrum coniunctio sit an adverbium, in dubitationem possit vocari. De alia igitur voce cum pro certo habendum sit nunc disceptari, id primum quaerendum, ubi incipiat nova disputatio. De quo non potest ambigi. Bis enim cum moneatur idem, vocem de qua agatur neque περισπωμένην esse neque exire in $\tilde{\omega}$: primum cum id dicatur, refero ad eam cui optime convenit εἰς^δ formam; altero vero ἀλλ' οὔτε περισπᾶται κ. τ. λ. ad novum statuo argumentum transire vel potius transilire disputationem. Nec de qua voce nunc disseratur, quamvis ipsa non commemoretur, potest ambiguum esse. Eam enim cum doceatur duabus orationis partibus contineri p. 612, 23, notionis esse causalis p. 612, 24, neque esse dativum neque in ω exire p. 612, 22 et 613, 5, tum p. 612, 26 sqq. affirmatur eiusdem esse constructionis, quae in nominum accusativo cum διὰ praepositione coniuncto observetur: ut iam quasi manibus teneamus adverbium δι^δ.

Hoc vero postquam expositum est cur non sit coniunctio, en iterum necopinato nova quaestio: in quam incidimus verbis ῥητέον οὖν ὡς ἐθιμώτερον οἱ ποιηταὶ ἐλλείπουσι προθέσεων p. 613, 11. Nam quod de poetarum more praepositiones omittentium dicitur, id minime δι^δ vocem spectare potest. Disputantur autem haec: ut saepe praepositio supplenda sit, ita in eo potissimum vocabulo, de quo nunc sermo sit: quod quo modo causam significet, non esse quo explices, nisi διὰ omissum esse statuas. Ex huius enim praepositionis accusativique consortio prodire causae notionem. Sequitur p. 613, 23: ἀλλ' ἐκεῖνό τις φησι· ποῦ οὖν ἡ αἰτιολογικὴ πτωσίς; πρὸς ὃν φαίμεν, ὡς ἀνεπέκτατός ἐστιν ἐν τῷ

τὸ καὶ οὔτι πολὺν χρόνον.

Disserit igitur nunc grammaticus de articuli τὸ accusativo,

qui causae notione ornatus adverbii loco usurpetur. In ceteris nihil est offensionis.

Tres igitur in diversa argumenta inquirentes disputationes quae in unum male coaluerant et diiudicavimus et dispescuimus: de $\epsilon\lambda\zeta\delta'$ forma p. 612, 12 — 22; de $\delta\iota\delta'$ voce p. 612, 22 — 613, 11; de $\tau\acute{o}$ adverbio p. 613, 11 — 614, 6 *). Quod vero maxime tenendum est, nulla earum disputationum est integra. Primae enim deest pars altera, qua motae de $\epsilon\lambda\zeta\delta'$ formae accentu et spritu difficultates expediendae erant. Utriusque autem relicuarum caput desiderari supra perspeximus, cum ne id quidem statim adparere videremus, de quibus ibi vocabulis ageretur. Accedit, quod secundae etiam finis desideratur. Nam ea, quae servata sunt, id modo probant, $\delta\iota\delta'$ non esse coniunctionem. Postquam observationem non dubium est quin grammaticus e more suo probare conatus sit id habendum esse adverbium.

Atque quod supra de $\epsilon\lambda\zeta\delta'$ voce monui, id non minus in $\delta\iota\delta'$ et $\tau\acute{o}$ adverbia valet: non potuit de eis Apollonius inter adverbia $\tau\acute{\alpha} \epsilon\lambda\zeta \delta\eta\nu$ et $\tau\acute{\alpha} \epsilon\lambda\zeta \nu\varsigma$ agere. Fragmentorum vero quae de eis ibi inserta sunt originem si e solo argumento statuere velis, probabile est ea quippe de adverbiiis agentia esse omnino libri *περι ἐπιρῶνμάτων*, sed casu quodam a primitiva sede relegata. Neque aliter sentio de fragmento, quo $\epsilon\lambda\zeta\delta'$ inlustratur: at in praesens quaestionem de eius loco missam facio. Sed relicuorum ne hanc originem ullo modo concedendam esse existimem, efficiunt duae vocolae specie quidem leves, at re ni fallor gravissimae. De $\delta\iota\delta'$ enim adverbio disserens haec scribit grammaticus p. 613, 6: *δοτικὴ γὰρ οὐδέποτε αἰτιολογικὴν φράσιν παρίστησι, καθὼς ἔφραμεν*. Sunt enim postremae *καθὼς ἔφραμεν* voces, quibus ex Apollonii consuetudine citandi summam

*) Schneiderus c. s. l. p. 453 nescio quibus indiciis ductus, si modo certa habuit indicia, p. 612, 12 — 614, 6 de $\epsilon\lambda\zeta\delta'$ et $\kappa\alpha\theta\acute{o}$ vocibus agi dicit.

tribuo in nostra re testandi vim. Nam eum morem cum religiose observet grammaticus, ut aliud opus respiciens id vel diserto nomine adpellet vel certe additamento quodam, quale est ἐν ἑτέροις, significet, contra simpliciter ὡς ἔφραμεν, ὡς εἰρήσεται dicens semper eiusdem operis spectet aliam partem: inde profecto consequitur, ut quae se de dativi notione praecepisse verbis ὡς ἔφραμεν moneat, non potuerint non in eodem opere disputata esse, cuius pars fuit haec de διὸ adverbio quaestio. Eam igitur si libro π. ἐπιθρημάτων vindicare velis, necesse est istud de dativo praeceptum in hoc demonstras. Nunc in eo etsi illius casus saepius mentio fit, tamen eum non causali sensu instructum esse non modo nusquam docetur, sed ne perspicitur quidem, qua tandem ratione doceri potuerit: ut nullus dubitem, quin ab hoc libro abiudicandum sit quaestionis de illa voce fragmentum. Neque in alio eorum qui servati sunt librorum de dativi notione observationem, quae l. l. significatur, deprehendere licet. Librum igitur, cui illud fragmentum adsignes, si circumspicis, id providendum est, ut in eodem etiam dativum non posse causam indicare grammaticum docuisse evincas. Cui autem et hoc praeceptum et disputatio de διὸ adverbio conveniat, unum est περὶ συντάξεως opus. Quamquam neque in hoc illud de dativo praeceptum est, ubi luculenter de eo agitur p. 294, 8 sqq. Nec vero in eo haerendum. Nam hoc loco id tantum quaeritur, quae cum hoc casu coniungantur verba. Contra alio spectat illud. Etiam si enim verba supra ascripta de notione, quam dativus per se habeat, loqui videantur, tamen inde, quod huic casui oppositus est accusativi cum διὰ praepositione coniuncti sensus causalis (cf. p. 612, 26 sqq.), manifesto perspicimus cogitare grammaticum de eo, quod praepositio διὰ nunquam ad causam significandam dativum asciscat. Atque sic iam adparet, cur nil eiusmodi nunc in libris περὶ συντάξεως reperiatur. Demonstravit enim Schneiderus l. l. p. 456 sqq. hos ita multos esse, ut postrema quae de praepositionibus,

quae de adverbio egerint et de coniunctione omnia desint. Intercidit igitur illa pars, in qua una, quos casus qua notione secum habeant praepositiones, explanari potuit: sic ut etiam adverbii doctrina absorpta est, cui inserta fuit de *διὸ* forma quaestio. Cuius fragmentum non dubito quin agnoscendum sit in eis, quae nunc in libri *περὶ ἐπιρῶνημάτων* fine leguntur. Nunc autem intellegitur suo iure Apollonium in hac quaestione nos relegare verbis *ὡς ἔφαμεν* ad illud praeceptum de dativi notione datum, quippe quod haud longe ante in eodem *περὶ συντάξεως* opere expositum fuerit.

Quod autem de hoc fragmento conprobavimus, idem statuendum est de tertio, quo *τό* adverbii indoles explanatur. Nam quod in huius disceptatione p. 613, 21 eisdem istis *ὡς ἔφαμεν* verbis grammaticus ea respicit, quae p. 612, 26 sqq. de *διὸ* voce disserens exposuit: inde conligitur hanc disputationem eiusdem operis fuisse partem. Quin etiam ni fallor hae duae quaestiones ab Apollonio artissime coniunctae fuerunt. Nam alteram finiens p. 614, 2 sqq. *διὸ* et *τό* adverbia ita componit, ut, quamvis utriusque notio praepositionem *διὰ* requirat, tamen *τό*, id quod alteri negatum sit, omittere illam potuisse dicat propter articuli praepositivi indolem, qua poni possit in orationis principio. Quam comparisonem instituere non potuit nisi altera quaestione alteram excipiente.

Sed erit fortasse, qui in eo haeserit, quod qua ratione ea in librum *περὶ ἐπιρῶνημάτων* inreperint non dispiciat. At inde maxime novum peto ad nostram sententiam probandam argumentum. Et enim iam Schneiderus, ut monui, finem τοῦ ἐπιρῶνηματικῆς inde ab p. 614, 26 τὰ τοπικὰ τῶν ἐπιρῶνημάτων κτλ. recte restituit quarto *περὶ συντάξεως* libro. A quo dissentendum est in eo tantum, quod de codicis Parisiensis 2548 indole non satis instructus hanc transpositionem inputavit illius libri compactori, qui folia quaedam falso loco inseruerit. Quod ut ratum haberi posset, necesse esset verbis τὰ τοπικὰ τῶν ἐπιρῶνημάτων κτλ. novum codicis folium

inciperet: nunc vero ea leguntur in media pagina. Ut adpareat illa a redactore, non a compactore huc translata esse. Quod cum exploratum sit atque cum olim in opere π. συντάξεως διδ' et τ'ό vocabulorum explanatio et localium adverbiorum disciplina haud permagno intervallo discretæ esse potuerint: iam non temerarium videtur conicere, eundem redactorem, qui hanc τῷ ἐπιρῶματικῷ adnexuerit, etiam fragmenta de διδ' et τ'ό formis in postremam huius libri partem invexisse.

II.

Sed etiam brevis illa pars, quæ p. 614, 7 — 25 τὰ εἰς υς et τὰ εἰς ν inlustrat, habet, quod difficultatem moveat. Cum enim Apollonius novam producens familiam primum, quæ omnibus eius familiae adverbiiis communia sint, exponere soleat: præter morem nihil de adverbiiis in υς exeuntibus dicit in universum, sed statim ἄντικρυς formæ accentum adgreditur expedire. Atque quam hæc res inicit animo suspicionem adiuvat id, quod manifestum adest indicium, grammaticum præcepisse de illorum adverbiorum accentu. Eis enim adnectit τὰ εἰς ν hisce verbis v. 18: τοῖς εἰς υς λήγονσιν ὀξύτόνοις παράκειται [τὰ] εἰς ν λήγοντα κτλ. Ne vero, quod de eorum accentu dictum fuerit, servatum nobis esse existimes in eis, quæ legimus v. 15 — εἶγε τὰ τοιαῦτα τῶν ἐπιρῶματων ὀξύνεται —: ea ipsa arguit coniunctio εἶγε moneri tantum de re, quæ iam antea fuerit accuratius explanata. Mutila igitur est capite disputatio, quæ ad τὰ εἰς υς spectat, sed ita, ut duobus tribusve versibus suppletis damnum possit resarciri.

Qua re ipse levidense hoc puto præ aliis lacunarum indiciiis, quæ cum certissima sint, tum vi sua testandi gravissima. Plures enim formas vel præcepta in eodem libro π. ἐπιρῶματων tractata fuisse, diserte grammaticus indicat, quæ ubi tandem teligerit, frustra circumspectas. Congeram igitur ambiguis omissis omnes locos, qui nos ad talia rele-

gant. P. 549, 32 legimus: ἀπὸ τοῦ ὑποδράξ, ὅπερ πάλιν τῷ δέρκω παράκειται, ὡς ἐν τοῖς ἐξῆς δεδείξεται, quamvis neque τοῦ ὑποδράξ neque τοῦ δέρκω postea mentio fiat; quod autem antea alia de causa bis illud adverbium invenitur p. 548, 9 et 24, id nil ad hunc locum. — P. 568, 27 dicitur: δεδείξεται γὰρ τὸ ὅταν, ὅτε δύο μέρη λόγου ἐστίν, ἕκτε τοῦ ὅτε ἐπιρρήματος καὶ τοῦ ἄν συνδέσμον, ἐν ᾧ δεδείξεται, πότε καὶ ἀνταποδοτικῶ χρεῖται ὁ ποιητὴς τῷ τότε, καὶ πότε ἔγκειται ὁ ἄν σύνδεσμος, λέγω ἐν παραπληρωματικῶ, καὶ πότε οὐ. At per totum librum neque ὅταν neque ἄν neque τότε iterum occurrit, nisi quod ultimum semel exempli gratia adponitur p. 606, 18 τὰ διὰ τοῦ τε, ἄλλοτε τότε. — P. 570, 28: (Ἄττικοὶ οὐ δεόντως ἀναβιβάζουσιν scil. τὸν τόνον) καθὼς δείκνυμεν καὶ ἐπὶ τοῦ σφόδρα. Sed non minus σφόδρα quam illa Atticorum consuetudo accentum a fine removendi praeterea ullo loco commemoratur. — P. 573, 12 monetur: οὐ γὰρ ὑγιῆς ἢ τοῦ ὀψέ τάσις, ὡς δεδείξεται ἐν τῷ περὶ τῶν εἰς ε ληγόντων ἐπιρρήματων. Adverbium ὀψέ, nisi quod ab eo verbum ὀψίζω derivandum esse praecipitur p. 556, 26, non redit; et quod gravius est, etsi recensentur τὰ εἰς δε, ζε, σε, τε, tamen de adverbiiis in ε solum desinentibus nusquam disputatur: ut omnino nullum extet caput, in quo potuerit de ὀψέ agi. — P. 577, 32 audimus: ἐδείχθη καὶ κατὰ τοῦτο τὸ μᾶλλον Ἄττικόν, scilicet quod ante duplicatam λ consonantem longam haberet α vocalem. Sed hoc adverbium nusquam nisi hoc loco legitur. — P. 580, 33 ad Doriensium usum, quo κάλωσ pro καλῶς dixerint, hisce relegamur: παρὰ Δωριεῦσιν ἕνια τῶν εἰς ὡς ληγόντων ὀξύνεται, ὥστε κατ' ἔγκλισιν ἀνεγνώσθη — κάλωσ — περὶ ὧν κατὰ τὸ ἐξῆς εἰρήσεται. De quo usu nil praeterea conperimus; immo ne κάλωσ quidem accentu in paenultima posito iterum exhibetur. — P. 609, 31 de adverbiiis in δον exeuntibus dicitur: ὀξύνεται ἅπαντα, καθὼς καθείλεται. At nihil eius modi antea praeceptum est.

Hi sunt loci. Ex quibus quid efficiatur, priusquam inquiram, id video monendum esse, librum περὶ ἐπιρῶματων Apollonium, quoniam ante libros π. συντάξεως in lucem misit, absolutum perfectumque edidisse. Ne igitur suspiceris fieri potuisse, ut grammaticus illis indicaret, quae morte vel alio casu, quo minus conscriberet, praepeditus sit. Nec ullo modo ei, qui illius rationem librorum dispexerit, credibile esse poterit, negligentia eum omisisse quae se tractaturum promiserat. Unum tantum credibile est, sed idem certissimum, de eis, quae ll. ll. respiciuntur, et disputasse olim grammaticum et disputata interiisse. Nec quaeram nunc, quorum inde iactura conprobari queat, aut quaenam fuerit in integro libro deperditorum sedes: sed quaero id unum, praecepta, quae intercidisse exploratum habemus, utrum tam paucis versibus contineri potuerint, ut si vel breviores lacunas in medio libro vel unius duarumve paginarum detrimentum in fine statuamus, omnis difficultas sublata sit; an tanti disputationes moliminis requirant, ut hic liber prorsus pro truncato misereque lacerato habendus sit. Adverbiorum autem, ad quae ll. ll. relegamur, cum cuiusque sit alia et terminatio et cur in disceptationem vocetur ratio, iam adparet, si in una parte continua, quae nunc extrita sit, haec tam diversa argumenta fuerint tractata, eam non potuisse non maximi ambitus esse. Sin magis placuerit singula excidisse singulis locis, non pauciores quam septem habes lacunas: ut vel ex harum numero gravissima de ἐπιρῶματικοῦ integritate subnascatur suspitio. Quo accedit, quod ne caput quidem dispicitur, in quo quattuor illa ὑποδράξ ὅταν ὀψέ μᾶλλον adverbia sedem habuisse consentaneum sit. Ὑποδράξ enim cum familiae sit τῶν εἰς ξ, de universa hac familia nusquam edocemur. Immo quae in capite huic familiae dicato explanandae erant, etiam aliae formae in ipso ἐπιρῶματικῷ deprehenduntur ἄπαξ et πέριξ. De quibus legimus p. 544, 32: οὐ γὰρ . . ὅτι τὸ ἄπαξ βαρύνεται καὶ πέριξ, τῶν ἄλλων ὀξυνομένων, οὐκ ἐπιρῶματα, et p.

610, 18: ἦν δὲ καὶ τὸ περίεξι ἀλόγως μὲν βαρυνόμενον, ἔχον δὲ πάλιν ἀπολογίαν [διὰ] τὴν ἐκκειμένην πρόθεσιν. Nec magis ulla praesto est pars, cui ὄταν conveniat. De quo quanti moliminis fuerit disputatio, vel inde computare licet, quod eius quasi index quinque fere versuum compleat spatium p. 568, 27—32. Neque reperitur caput, in quo potuerit μάλλον locum habere. Nam disputatur quidem de adverbis, quibus δον finis sit, sed de eis, quibus ον terminatio sit sine praemissa δ consonanti nil praecipitur. De ὄψε autem iam supra monui. Ne multa: seu unius continuae partis seu plurium interitu illa devorata esse vis, id manifestissimum est, disputationes ut diversi argumenti ita magnae atque adeo maximae mensurae deesse. Quare iam non dubito pronuntiare, librum περὶ ἐπιρρήμάτων qualis e codice Parisiensi prodiit longe abesse ab integritate sua et miserrime truncatum esse.

III.

Ex hoc igitur, quod, cum ex firmorum testimoniorum auctoritate cogatur, pro certo habendum est, profectis iam licebit nobis confidenter de aliis vel magis reconditis vel minus certis iudicare. Quale est quod de nostro libro monetur π. συνδ. p. 498, 32: ἔτι οὐδέποτε ἐπιρῆμα σὺν στερήσει ἀποτελεῖται. τὰ γὰρ ὄντα παρασύνθετά ἐστι. τῷ ἄσμενως τὸ ἄσμενος παράκειται, τῷ ἄψευδῶς τὸ ἄψευδής — — — σαφῶς παραδίδοται ὁ τοιοῦτος λόγος ἐν τῷ περὶ ἐπιρρήμάτων. His enim cum grammaticus se σαφῶς dicat in Adverbio docere, nunquam ipsa componi adverbia cum α vocali, cui inhaerescat negandi vis, sed adiectiva, a quibus ea ut παρασύνθετα deriventur, illis non desunt in hoc libro quae respondere videantur. Nam disputantur p. 544, 19 haec: — οὐ τὰ ἐν στερήσει τῶν ἐπιρρήμάτων γεγόμενα ἰδίᾳ ἐγένετο, ἐν μεταλήψει δὲ ἐστι συνθέτων· τὸ γὰρ ἀφίλωσ παρὰ τὸ ἄφίλος —. ἔνθεν καὶ μένει ὁ τόνος ἐν τῷ ἄψευδῶς καὶ ἀσαφῶς, εἶγε καὶ τὸ

ἀψευδῆς καὶ ἀσαφῆς συνέμεινε κατὰ τάσιν. Et p. 582, 2: ἐταράχθησαν ἔνιοι καὶ κατὰ τὰ σχήματα τῶν ἐπιρῶρημάτων, ἑπολαμβάνοντες μὴ ἐξομαλίζεσθαι τὰ τῆς τάσεως τῶν ἐπιρῶρημάτων, εἶγε ἀπὸ τοῦ καλῶς φασὶ παγκάλως καὶ ἀπὸ τοῦ σεμνῶς ἀσέμνως, οὐ μὴν ἀπὸ τοῦ ψευδῶς ἀψεύδως, σαφῶς ἀσάφως ἦν. οὐδὲ γὰρ ἡ σύνθεσις αὐτῶν, τῶν δὲ προεκκειμένων πτωτικῶν, οἷς παρείπετο ἀναβιβάζειν μὲν τὸν τόνον, εἰ εἰς ος λήγοιεν, φυλάσσειν δέ, εἰ εἰς ης. καὶ ἐπεὶ καλός — πάγκαλος — παγκάλων, διὰ τοῦτο παγκάλως· ψευδῆς δὲ καὶ ἀψευδῆς καὶ ἀψευδῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἀψευδῶς καὶ ἀσαφῶς. Verum ad haec nos relegari illo, quem significavi loco, aegre concesserim. In eis enim cum per singulorum modo adverbiorum opportunitatem res tangatur, altero loco ut forma ἀέκητι expediatur, altero ut τῶν εἰς ὡς accentus qui sit explicetur, tum ne ea quidem vox adhibetur, quae in hac observatione tradenda non potuit non ascisci: dico παρασύνθετον, quod per totum librum semel tantum expisceris e p. 547, 31: ἐκ παρασυνθέτου τοῦ ἀέκητι ἀπλοῦν κατελαμβάνειτο τὸ ἔκητι. Peculiariter autem grammaticum de adverbiorum σχήμασιν egisse in libro π. ἐπιρῶρημάτων cum iam sola ratio suadeat, tum e loco libri π. συνθ. laudato, si quod de ἐπιρῶρηματικοῦ integritate exploravimus reputas, proclivis coniectura est, intercidisse quae singulariter egerit. Nihil enim nunc extat. Quam coniecturam firmat coniunctum Prisciani et scholiorum in Dionysii Thr. artem testimonium: cuius auctoritas qualis et quanta sit, altera epistula demonstravi. Et enim ille singulare caput in adverbii figuris explanandis inpendit. Cuius summa haec est XV, 4, 27 p. 1017 P: *figurae adverbiorum sunt tres, simplex composita et decomposita. — — — Decomposita, quae a compositis derivantur, ut a potente potenter. — Haec tamen, quae et simplicia habent adverbia, etiam composita possunt esse, ut docte indocte. — Nam efficaciter sine dubio decompositum est, cum a simplici adverbio non componitur, sed a nomine composito derivatur.*

Quae sane sat attenuata sic praecipiunt scholia Dionysii Thr. p. 536, 1: ἔστι γὰρ αὐτῶν τὰ μὲν ἀπλᾶ, τὰ δὲ σύνθετα, τὰ δὲ παρασύνθετα· καὶ ἀπλᾶ μὲν ὡς τὸ πάλαι, σύνθετα δὲ ὡς τὸ προπάλαι, παρασύνθετα δὲ ὡς τὸ παγκάλων παγκάλως· ἀπὸ γὰρ συνθέτου ὀνόματος γενόμενον ἐγένετο παρασύνθετον. At augetur vis horum scholiorum alia re. Praecipuam enim scholiastarum operam cum in eo consumi viderimus, ut ex Apollonii praeceptis conrigant doctrinam Dionysii, inde, quod hunc duo modo σχήματα adverbiorum statuentem redarguunt l. l., probabile fit etiam in illis eos secutos esse Apollonium: qui haud scio an primus de tertio adverbii παρασυνθέτω σχήματι locutus sit. — Nunc vero in id modo intentus, ut quae exciderint convincam, mitto quaestionem de loco, ubi illud de figuris praeceptum conlocatum fuerit.

Nec magis ambigua eorum vis, quae praecepta de nominibus in adverbiorum locum ascitis respiciunt p. 561, 2: ἡ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων σύμπτωσις εἰς τὰ ἐπιρρήματα καθ' οὗς λόγους ἐδείξαμεν ἐν ἀρχαῖς, κτλ. p. 575, 5: φωναὶ μένονσαι ἐν συντάξει ἐπιρρήματα γίνονται, ὡς τὰ ὀνοματικά πάντα κτλ. — τὰ δὲ ἰποδείγματα πρόκειται, ἅπειρα ὄντα. p. 593, 28: ἐπεὶ κὰν τοῖς κατ' ἀρχὴν ἐδείξαμεν τὰς ὀνοματικὰς πτώσεις εἰς σύνταξιν ἐπιρρηματικὴν τεθεμέναις καὶ ἐπιρρήματα καλουμένας. Non desunt quidem, quae ll. ll. designari videantur. Nam cum ad libri initium relegemur, in ipso eius limine, cum adverbii definitio explicetur, inde a p. 529, 19 disseritur de ratione, qua nomen adverbii loco usurpetur. Verum ibi neque quae nominum formae possint huius indolem induere dicitur neque adponitur exemplorum copia. Ut non absonum videatur, ex illis locis fidem quaerere coniecturae grammaticum omnia quae hac de re tradenda erant in unum comprehendisse atque comprehensa ea non longe a libri initio inseruisse. E quibus vero id eum fecisse manifesto perspicias, iterum prodeant testes Priscianus et scholia illa. Quorum testandi vis in hac re tam late patet, ut ex eis etiam

locum lacunae certo possimus definire. Cum enim Apollonius p. 556, 15 sqq. e quibus orationis partibus deriventur adverbia exponat, eius disputationis non modo vestigia quaedam, sed totum ambitum agnoscimus in eis quae legimus Prisc. XV, 2, 5 p. 1005 P. sqq. et schol. Dion. Thr. p. 936, 26: nisi quod ab his omituntur, quae noster grammaticus pro ubertate sua disputandi de nominum derivatione addit. Qui cum nunc ad adverbii ἐχθές formam enucleandam progrediatur, apud pedisequos sequitur cum eis quae antecedunt arte conexas de nominum usu adverbiali monitio: brevis, ut adsolet, in scholiis l. l. v. 30: ἔστι δὲ καὶ ὀνοματικῇ κατάληξις σύνταξιν ἐπιρρηματικὴν ἀναδεξαμένη καὶ ἐπιρρημά ἐστιν κτλ.; locupletior atque adeo locupletissima apud Priscianum, qui hisce verbis p. 1006 P. orditur: *est quando etiam nominum terminatio diversorum casuum constructionem adverbialem suscipiens, loco adverbiorum accipitur.* Et deinde quemque praeter vocativum casum hanc pati translationem cum doceat, tum uberrimis exemplis conprobat. — Horum igitur vis necessitate quadam nos cogit, ut p. 556, 29 ante ἐχθές adverbium lacunae signum ponamus: quippe quem locum praecepta significata olim occupaverint. Atque ibi lacunam esse non minus evincit eorum quae servata sunt indoles. Nam etiam caput deesse sequentis disputationis, prima eius verba docent ἐχθές ἢ χθές ῥητέον. *)

IV.

In lacunis demonstrandis adhuc ex ipsius grammatici verbis profecti sumus. Sunt vero, quas quamvis eius modi testimoniis destituti tamen nihilo minus certa ratiocinatione statuere possimus. Est enim ars grammatica ea, in qua solus titulus, quo quis opus eius disciplinam quandam inlustrans

*) Quae fortasse ita supplenda sunt: καὶ πρῶτον περὶ τοῦ ἐχθές ἢ χθές ῥητέον.

insignivit, plurima quae in illo disputata fuerint definire permittat. Atque eo firmior necesse est talis ratiocinatio evadat, si e servata maiore libri parte quod consilium in materia digerenda observatum sit erui potest. Inde enim si quid, quod e solo titulo ad libri integritatem desideras, olim tractatum fuisse consequitur, id aut praetermitti apte potuisse ostendendum aut lacuna intercidisse statuendum erit. Quam ratiocinationem eo confidentius opinor nostro libro adhibere licebit, quem non integrum esse iam intellexerimus.

Apollonius igitur, ut iam supra monui, inde a p. 561, 32 adverbia quasi tributim percenset, ita ut quae eiusdem terminationis vinculo coniuncta sunt in unum comprehendat. Terminaciones aulem, quibus praedita adverbia iuste absolvuntur, hae sunt — eas vero non subscribam eo ordine, quo sese excipiunt in ipso libro, sed quo optime legentis commoditati consuli videatur —: α δα θα δε ζε σε τε ι (σι θι τι στι) οι ου υ ω αν θεν δην δον ας ος υς ως. Desunt igitur adverbia, quae in ξ et quae exeunt in ε non praecedente δ, ζ, σ vel τ consonanti: quamvis eorum enarrationem ipse grammaticus respiciat loco supra p. 328 ascripto. Desunt, quae tractata fuisse sane nullum prodit testimonium, adverbia quorum finis est ει η (η) εν ες ις. Haec igitur Apollonium praetermisisse? nil monuisse de eorum accentu? nil de ratione, qua a quibus orationis partibus deriventur? nil denique de omnibus quae eis accidant? Cur vero putas eum nihil dixisse? Consulto si putaveris, cave, ne τῶ γραμματικωτάτῳ inputes, quod, cum absit probabilis excusatio, summae eum temeritatis convincat. At neglegentia eum praeterisse illa ut hariolantis esset opinari, ita ab ipso redarguitur. De omnibus enim quae significavi generibus tam parum ambigua extant indicia, ut certa adhibita ratiocinatione inde vel quae de eis praeceperit grammaticus dispici possit. Et enim est Apollonius ea disputandi ubertate, ut idem in uno libro et suo loco plene iusteque explanet et, quotienscunque ad alia praecepta adornanda

aptum videatur, repetat. Ut exemplum habeas: ὄπου adverbium cur accentum in paenultima habeat, ibi ubi res poscit, i. e. in capite de formis adverbiorum in ου desinentium p. 588, 12 sqq. exponitur: sed idem, ut conparetur cum similibus, commemoratur p. 584, 12 sqq.; 596, 1; 607, 9 sqq. Inde igitur non temerarium videtur conicere, quae grammaticus de istis adverbiorum generibus, quorum explanationem nunc requirimus, data occasione significat, ea diligentius olim suo quidque loco exposita fuisse. Ut in capite, quod ις finem spectabat, praecepta fuerint, quae nunc de eo monentur p. 571, 1: καθ' ὃν λόγον ἔστιν πολλακίς καὶ ἐν ἐνδείᾳ τοῦ σ ἐν ἐπιρρημασιν, εἶγε ἀδιάφορον καὶ τὸ πολλακίς καὶ πολλακί, τουτάκις τουτάκι. et p. 572, 31, quae codicis lacunis e p. 578, 15 sqq. suppletis sic lego: τὰ τοιαῦτα καὶ τ[ὸ σ ἀποβάλλει] πολλακίς τετρακίς. τὸ δὲ δίς καὶ τὸ τρίς οὐκέτι ἀπ[οβάλλει διὰ τὸ] εἰς ὅξεϊαν προάγεσθαι. Nec fuerunt opinor praetermissa, quae de χωρίς adverbio docentur p. 548, 31 sqq. et p. 572, 33 sqq.: etsi e singularum formarum mentione p. 548, 25 et 552, 22 nil redundat in nostram rem. — Eodem modo plures loci extant, ex quibus praecepta cognoscimus, quae accuratius in adverbiorum in η exeuntium recensione explananda erant. Nam p. 559, 5 sqq. saepe geminas esse praecipitur formas in η et formas in ως desinentes velut ἄλλη et ἄλλως, ὦς et ἦ. P. autem 561, 17 sqq. ὍΥΔΑΜΗ, quod derivetur ab οὐδαμός, docetur acutum habere neque iota subscriptum asciscere, si nominativus sit adverbii loco usurpatus; sin circumflectatur, etiam iota subscribendum esse, cum iste accentus prodat dativum. Et luculenter p. 586, 19 sqq. probatur ἦσυχῆ sicut ἦσυχῶς accentum in ultima positum habere, non in paenultima; quam nactus occasionem non omittit grammaticus πάντη, ἄλλη, οὐδαμῆ, διχῆ, τριχῆ adverbiorum accentum paucis explicare. — Semel modo adverbiorum in ει desinentium fit mentio in hoc libro p. 542, 29: οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἐπινοῆσαι

ἐπιρῶημα εἰς εἰ λῆγον ἐν περιπασμῶν κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος, διὰ τὸ παρὰ Δωριεῦσι πεῖ γὰρ ἄ ἄσφαλτος καὶ εἶ τὰ τῶν χοιραγαχᾶν. Sed verisimile est etiam ea, quae de origine et notione πεῖ et εἶ formarum in libris π. συντάξεως praecepta invenimus ann. Bekk. p. 625, 5 sqq., olim in nostro libro tradita fuisse. — De generibus vero quibus est ες et ον terminatio disputatum fuisse, haud scio an manifesto testentur quae leguntur p. 561, 5 sqq.: καθάπερ τὸ ἀτρεκές, συνεμπεσὸν ὀνόματι, καὶ γραφὴν καὶ τόνον ἀπηνέγκατο, τὸ καλόν, τὸ εὐρύ, τὸ κάλλιστα, τὸ πικνᾶσχεδὸν ἐπὶ πάντων ὁ λόγος συμφωνεῖ, περὶ ὧν καὶ κατὰ τὸ ἕξῃς εἰρήσεται. Quibus verbis indicat grammaticus se significata adverbia, quae proprie sint nomina, quibus par sit locis tractaturum esse. Quare ut κάλλιστα et similia p. 563 sqq. in eis quae τὰ εἰς α, et εὐρύ p. 614, 18 in eis, quae τὰ εἰς υ inlustrant, sedem habent, ita ex illis consequitur etiam ἀτρεκές et καλόν commemorata fuisse in adverbiorum τῶν εἰς ες et τῶν εἰς ον enarratione, quam nunc desideramus. Strictim tangitur praeterea καλόν p. 610, 1 (νεόν l. l. 5) et ἀτρεκές p. 569, 3. Quod autem ad adverbia quae in ες exeunt attinet, etiam certum cognoscitur praeceptum e p. 570, 26 sq.: Ἀττικοὶ οὐ δεόντως ἀναβιβάζουσιν, ὡς καὶ ἐν ἑτέροις ἐπιρῶημασι χάριέν φασὶ καὶ ἄληθες. Unde intellegimus Apollonium in deperditis partibus, cum ad εἰ et ες terminationes venisset, etiam de Atticorum more locutum esse accentum in formis quae illos fines habent retrahendi. Quae autem adhuc tetigi, eorum in ipso περὶ ἐπιρῶμάτων libro mentio fit. At desiderantur etiam, quorum nullum in eo vestigium indages. Et quod ad plurima pertinet, suspicionem, ea non ab Apollonio neglecta fuisse, etiam ea re opinor adiuvari, quod Herodianus eorum in libro περὶ μονήρους λέξεως rationem habuit. Maior enim singularium adverbiorum, quae in hoc opere congeruntur, pars cum etiam in nostro libro notata sit, tamen multa in illo commemorata non explanantur ab Apollonio. Quorum alia, quae sunt

περὶ ἄμφουδὶς ἀπαξ πάρεξ ὀψέ, olim in libro de adverbio enucleata fuisse eo ipso duce iam perspeximus. Sed etiam quae restant, πρὶν ψό μετὰ ζε (quod unum in ζε exiens adverbium tempori indicando inserviat) πάροιθεν νύκτωρ ἄτερ ἀθροῦν, non dubito, quin ab illo non aliena fuerint: nisi forte ea et Apollonium et ceteros omnes, qui ante Herodianum in adverbiorum formas inquisiverant, fugisse existimas.

Verum id facile concedo, horum rationem eam esse, ut si nulla esset aliunde de huius libri integritate suspitio, temere ageret qui inde mutilam eius conditionem probaturus esset. At hanc cum semel conpertam habeamus, probabilius videtur, quod illa desunt, ex iniquitate temporis quam e grammatici negligentia repetere.

V.

Cum vero in eo verser, ut liber qualis nunc est quantopere a primitiva forma abhorreat demonstrarem, etiam de alio depravationis genere agam, illo, quo nonnullis transpositis pristinus disputationis ordo turbatus est. Non tamen ita hanc rem profligabo, ut omnia, quae hac de causa in disceptationem vocari possint, depromam, sed ut de duobus tantum locis disseram, quorum verum ordinem certissima ni fallor argumentatione restituere licet.

Docet igitur grammaticus p. 533, 1 sqq. ἡ καθολικῶς συνεῖναι τοῖς ῥήμασι τὰ ἐπιρρηματα ἢ μερικῶς, i. e. alia adverbia cuique verbi formae accedere, alia modo in certarum formarum societatem ascisci; atque hanc usus circumscriptionem vel ad modos vel ad tempora vel ad personas spectare. Quorum generum ut quodque exemplis inlustret, haec disputat: ἄγε solum imperativum admittere l. l. v. 14—20; ἐχθές αὐριον νῦν ἢ δὴ voces quae secum habere possint tempora exponit v. 20 — p. 534, 9; de diversitate modorum cum οὐ et μὴ adverbii coniuكتورum praecipit v. 9—17; quae ratio intercedat inter πάλαι vocabulum et

tempora praeterita demonstrat v. 18 — p. 535, 3; de *οἷμοι* adverbio, cui primae modo personae notio subsit, loquitur v. 4 sqq. Vides igitur ea quae modos respiciunt, cum ipsa in duas partes divulsa sint, interposita altera parte rursus divellere ea, quae tempora attingunt. Qua re ne dubites rationi obtemperare; quae suadet ea, quibus argumenti est communitas, etiam in enarratione olim conexa fuisse: ut eorum, quae de *οὔ* et *μή* adverbii disputantur p. 534, 9—17, pristinam fuisse sedem adpareat p. 530, 20, priusquam de adverbiiis temporalibus ageretur. Sic enim digesta recte sese exempla excipiunt, cum primum omnia quae ad modos, deinde quae ad tempora allinent omnia in unum comprehendantur. Quem ordinem et particulae conprobant, quibus alterum ad tempora spectans membrum inducitur p. 534, 18: *καὶ ἐν παρωχημένων δὲ διαφοραῖς πάλιν τὰ ἐπὶ παρωχημένου χρόνον ἐπιρρήματα κτλ.* Ex eis enim consequitur illud membrum grammaticum non disiunxisse ab altero, quod iam de eadem re monuerat. Quodsi solam rationem verearis duces sequi: testes praesto sunt Priscianus et scholiastae Dionysii Thracis. Qui cum ista Apollonii praecepta refingant, cuiusque generis adverbia seorsim tractant neque temere inter se confundunt. Cf. Prisc. XV, 1, 1 (p. 1003 P.) et schol. Dion. Thr. p. 934, 3 sqq. et v. 32 sqq.

Sed haud paulo maior est disturbatio eorum, quae proxime antecedunt. Probaturus enim definitionem adverbii quam proposuerat grammaticus p. 530, 15 ad eam illius partem pervenit, qua id esse vocem *κατηγοροῦσαν τῶν ἐν τοῖς ῥήμασιν ἐγκλίσεων* dixerat. Ea igitur, quae ad hoc persuadendum disseruntur, vel qui percurrerit tantum, offendat necesse erit in nonnullis verbis, quae quo spectent e codicis ordine in Bekkeri editionem recepto prorsus dispici non possit. Nec mirum ea non posse intellegi. Id enim ipsum, quod non ante se habent ad quae referantur, indicio est ea olim non coniuncta fuisse cum illis, quae nunc praefixa sunt. At qui haec diligentius pervestigaverit, facile et

diudicabit et suis finibus circumscribet sex fragmenta. Quorum argumenta haec sunt: I. Nomen et verbum esse τὰ θεματικώτερα μέρη τοῦ λόγου, i. e. ut Prisciani verbis utar, eas orationis partes, sine quibus nulla oratio compleatur; qua re sicut adiectivum non sui iuris sit, sed nomini adiungatur, ita adverbium non posse sine verbo proferri, cum vicissim verbum per se non adiecto adverbio profertur p. 530, 15 sqq. — II. Sed etiam omisso (σιγωμένῳ) verbo pronuntiari adverbia: quando quidem ei, qui bene recitet, acclamantes κάλλιστα dicamus p. 531, 7 sqq. — III. At propter id (κατὰ τὸν τοιοῦτον λόγον — quae vero est ista ratio?) forsitan quempiam existimatum esse, οἴμοι et similia, quae sine verbo usurpari soleant, non esse adverbia habenda; cui quid respondendum sit exponitur l. l. v. 13 sqq. — IV. Pergit deinde l. l. v. 22 sqq. grammaticus: posse vero etiam exemplo id probari — vide mihi, qua de re nunc agatur —; plenam enim sententiam esse Τρύφων ἀναγινώσκει, at non Τρύφων καλῶς. — V. Monetur autem p. 532, 7 sqq. etiam οὐ et ναί post ἔγραψας; interrogationem prolata non desiderare verbum. — VI. Nunc sequitur l. l. v. 9 sqq.: etiam dici posse καλῶς ὁ ἄνθρωπος γράφει —; sed adverbium si inter articulum et nomen conlocetur ὁ καλῶς ἄνθρωπος, id se non recte habere nisi addito participio ὁ καλῶς ἄνθρωπος γράψας ἐτιμήθη. Cui universae disputationi p. 532, 32 finis inponitur his: καὶ τσαῦτα μὲν περὶ τοῦ ὅτι κατηγορεῖ τῶν ῥημάτων τὸ ἐπιρῶν.

Filium autem disputationis si quaeris quod fuerit, duo potissimum sunt, ex quibus id perspiciatur: alterum, quod grammaticus nunc in eo est, ut adverbia 'κατηγορεῖν τῶν ῥημάτων' probet; alterum, quod sex frustorum, quae secrevimus, tria maiora idem illud praeceptum argumentis et rationibus probant, tria minora id cavent, ne quis paucorum adverbiorum usu verbi adpositionem evitantium debilitari illa argumenta existimet. Unde maiora illa consentaneum est et

inter se coniuncta fuisse et antecessisse alteri fragmentorum consortio.

Non igitur removenda sunt, quae nunc primam occupant sedem p. 530, 15 — 531, 6. Quibus cum ratiocinando severe id quod statuerat grammaticus recte se habere demonstraverit, eiusdem rei conprobationem ex exemplo petit p. 531, 22 — 532, 6. Quae sic percommode incipit his: *παρόν δὲ καὶ ἐξ ὑποδείγματος πιστώσασθαι τὸν λόγον* —: ut orationem convertit verbis *ἔτι φημὲν οὕτως· καλῶς ὁ ἄνθρωπος γράφει* ad alterum unde idem adpareat exemplum. De quo disceptat p. 532, 9 — 32. Ex altero autem consortio ut frustum, quod legitur p. 531, 13 — 22, ceteris praere iubeamus, diserte suadent prima eius verba: utpote quibus grammaticus indicet se nunc a sententia probata transire ad refellendas quas sibi quis iure suo opponere videatur opiniones: *Ἄλλ' ἐκεῖνό τις εἶποι ἄν, ὡς κατὰ τὸν τοιοῦτον λόγον περιγεγράφεται τοῦ κατὰ τὰ ἐπιρῶματα μερισμοῦ κτλ.* Ab hoc autem fragmento, quod de οἴμοι et similibus agit, non potest divelli quod legimus p. 532, 6—9: nam expeditur ibi *καί* et *οὕ* adverbiorum usus, quae sic ut οἴμοι non cum verbo coniungi soleant. Quo vero magis perspicias non haerendum esse in his adverbis, paucis monet Apollonius p. 531, 7 — 13 etiam alia adverbia, velut *καλῶς ἡδιστα*, in acclamationibus sine verbo pronuntiari: ita tamen, ut ad integram orationem verbum mente supplendum sit.

Hunc autem ordinem ut et frustorum indoles et verba, quibus singula fragmenta incipiunt, commendant: ita quod eum confirmet testimonium nobis exoptatum scholiorum in Dionysii Thracis artem beneficio paratum est. Ea enim cum Apollonii non modo definitionem adverbii, sed etiam huius conprobationem receperint, disputationis de qua loquimur eundem exhibent ordinem, quem ratiocinando assecuti sumus. Nil enim refert, quod ex duobus quae Apollonius proponit exemplis alterum omiserunt: praesertim cum id facile prae-

termitti potuisse manifestum sit, quippe quo adverbii coniunctio cum participio, non cum verbo explanetur. Probant igitur scholia illam definitionis partem primum eo, quod inter adverbium et verbum eadem intercedat necessitudo, quae adiectivo sit cum nomine p. 932, 15 — 19; deinde exemplo supposito explicatoque usque ad p. 933, 2. Neque offendendum esse monent in pluribus adverbiiis, quae non desiderent verbum. Cuius generis percensentur οἷμοι et φεῦ l. l. — 6; ναί et οὔ l. l. 6 et 7; εὔ, quod grammatico bene interpretante sine verbo dicatur l. l. 7—9.

Gravissimam autem difficultatem ne neglexisse insimuler: sane scio viam, qua orta sit illa disturbatio, dispici non posse. Immo ut quanta sit perspicue adpareat, tabulam subscribam, qua ambo frustorum ordines et quem codex praebet et quem nos rovocavimus inter se componantur:

ordo a nobis restitutus:

- I. p. 530, 15 — 531, 6.
- II. p. 531, 22 — 532, 6.
- III. p. 532, 9—32.
- IV. p. 531, 13—22.
- V. p. 532, 6—9.
- VI. p. 531, 7—13.

ordo a codice traditus:

- | | |
|-------------|-----------------------------------|
| I. 4 versus | } editionis Bekk.
complectens. |
| VI. 7 v. | |
| IV. 9 v. | |
| II. 17 v. | |
| V. 3 v. | |
| III. 21 v. | |

Quaestionem igitur de ratione, qua pristinus ordo ita turbari potuerit, aliis expediendam relinquo harum rerum peritioribus.

VI.

Schneiderum autem, cum huic libro ultimam partem abiudicans inde proficisceretur, quod pleraque quae ibi praecipiantur iam antea explanata vidit, mirum est nihil haesisse in eo, quod etiam nunc, cum liber ab isto panno liberatus sit, non nulla bis sunt exposita. Non dico, quod grammaticus rem semel plene absolutam subinde ad similia inlustranda repetere solet: de quo eius more ipse saepius monui.

Sed integri in hoc libro loci ita redeunt, ut praecepta semper, plerumque exempla, interdum ipsa conspirent verba. Ne vero his posse eandem, quam sano iudicio Schneiderus in resecandis illis adhibuit, rationem accomodari arbitreris, ita ut alteram eiusdem argumenti expositionem libris *περὶ συντάξεως* vindices: sunt quaedam, quae bis in ipso libro tractata etiam in adsuto panno sedem habeant: ut, quae de eis in Constructione praecepta erant, iam Schneideri beneficio his restituta sint. Sic quae de adverbiiis in *ου* exeuntibus in hoc opere tradita fuerunt, legimus p. 622, 9 sqq.: *Τὰ εἰς ου λήγοντα τὴν ἐν τόπῳ σχέσιν σημαίνει καὶ μόνως περισπᾶται, ὡς ἔχει τὸ αὐτοῦ καὶ ἐκεῖνο ἐπιρῶματικόν ἐστιν — — — ἀγχοῦ, δηλοῦ. καὶ ἐντεῦθεν δείκνυται, ὅτι τὸ ποῦ τὴν ἐν τόπῳ σχέσιν σημαίνει, καθότι καὶ ἡ Ὀμηρικὴ συνήθεια ὁμολογεῖ, καὶ κατὰ τὴν προειρημένην συμπάθειαν τίθεται καὶ ἐπὶ σχέσιν τῆς εἰς τόπον ε. ρ. s.* Et tamen eadem bis in libro *π. ἐπιρῶμάτων* inlustrantur. Vide enim:

p. 587, 29 sqq.

*Τὰ εἰς ου λήγοντα ἐπιρῶμα-
ματα, εἴαν τε παρ' ὀνόματα
ἢ ἐσχηματισμένα, εἴαν τε παρ'
ἄλλο μέρος λόγου, περισπᾶται.
τῷ ὑψος παρακείται τὸ
'ὑποῦ . . .', τῷ τῆλε τὸ
τηλοῦ — ὁπότε ἐδύνατο καὶ
τῷ τέλος παρακεῖσθαι, ὡς-
τε τὸ μὲν ἐντελὲς εἶναι τε-
λοῦ, εἶτα κατ' ἐπέκτασιν τη-
λοῦ· τὰ γὰρ ἐπὶ τέλους συν-
τείνοντα μεγαθύνεται — τῷ
ἄγχι τὸ ἀγχοῦ τῆ αὐτόσ
ἀντωνυμίας τὸ αὐτοῦ· ἐνθεν
καὶ δοκεῖ τὰ τῆς παραθέσεως
ἀμπίβουλα γίνεσθαι, ὅτι καὶ*

p. 607, 1 sqq.

*Τὰ εἰς ου λήγοντα ἐπιρῶμα-
ματα περισπᾶται, ἐστι δὲ
παραγωγά. παρὰ τὸ ὑψος
ἦν τὸ ὑποῦ, παρὰ τὸ τῆλε
τὸ τηλοῦ — [ὁ] δύναται
καὶ τῷ τέλος παρακεῖσθαι,
γενομένης ἐκτάσεως τοῦ εἰς
τὸ η, τελοῦ — τηλοῦ· τὰ
γὰρ ἐπὶ τέλους διϊκνοίμενα
μεγαθύνεται — καὶ παρὰ γε-
νικὴν τὴν αὐτοῦ ὁμόφωνόν
τι ἐκπίπτει ἐπιρῶμα τὸ αὐ-
τοῦ. δύναται καὶ τῷ ἄγχι
παρακεῖσθαι τὸ ἀγχοῦ, ἦν
δὲ καὶ τὸ οὔ παρὰ πτωτικόν
τὸ ὕς, ἀφ' οὔ ἀνταποδοτικόν*

ἡ γενικὴ συνεπιπίπτει. . . . Ὅθεν ἀναλογώτερον δοκεῖ εἶναι τὸ ποῦ τοῦ ὅπου. ἔχει δ' ἂν καὶ τὸ ὅπου ἀναλογίαν, καθὸ τὰ ἐν περισπασμῶ λεγόμενα μονοσύλλαβα, προσλαμβάνοντα τὸ ὁ κατὰ ἀναφορικὴν ἔννοιαν, βαρύνεται. τὸ πῶς ὅπως λέγεται καὶ τὸ πῆ ὅπη· καὶ τὸ ποῦ ἄρα ὅπου εἴρηται.

τὸ τοῦ, πευστικὸν δὲ τὸ ποῦ. καὶ ἐπεὶ τὰ μονοσύλλαβα τῶν πευστικῶν, προσθέσει τοῦ ὁ ἀοριστοῦμένα, βαρύνεται, οὐκ ἂν εἴη παράλογον τὸ ὅπου κατὰ τάσιν. τῆδε ἔχει καὶ τὸ οὐδαμῶς, παρκαίμενον τῶ οὐδαμῶς.

Nec minus de adverbis quae in *θι* et *σι* exeunt, eadem bis edocemur :

p. 573, 14 sqq.

Βαρύνεται (τῶν εἰς *ι*) καὶ ὅσα συνπαράχει τοῖς εἰς *θεν* λήγουσιν ἐπιρρήμασιν, οἴκοθεν οἴκοθι, οὐρανόθεν οὐρανόθι, αὐτόθεν αὐτόθι, πόθεν πόθι, ἀγχοθέν ἀγχοθι. ἄπερ φυλάσσει τὸ *θ*, συνόντος τοῦ ὁ κατὰ τὴν παρεδρεύουσαν ἢ τοῦ σύνεργως, ὡς ἐτ' ἐρωθι, ἐκατέρωθι. τὰ γὰρ μὴ τῆδε ἔχοντα πάλιν μὲν βαρύνεται, ἀντί γε μὴν τοῦ *θ* τὸ σ παραλαμβάνεται, Ἀθήνηθεν Ἀθήνησιν, Θήβηθεν Θήβησιν, Πιτάνηθεν Πιτάνησιν. Διὸ καὶ σημειώσαίτο ἂν τις τὸ κελθι, de quo disputatur p. 573, 22 — 574, 6.

p. 605, 32 sqq.

Παράκειται τοῖς εἰς *θεν* λήγουσι τὰ ἐν τόπῳ, τοῦ τέλους εἰς τὸ ἐμετάλαβανόμενον, παρεπομένης τῆς τάσεως τῆς αὐτῆς καὶ μετὰ μὲν μονῆς τοῦ *θ*, εἰ τὸ ὁ προκαίμενον εἴη· τὰ γὰρ μὴ οὕτως ἔχοντα καὶ τὸ *θ* εἰς τὸ σ μεταλαμβάνει. τοῦ μὲν οὖν πρῶτον οἴκοθεν οἴκοθι, ἐνδοθεν ἐνδοθι, Ἀβυθόθεν Ἀβυθόθι, οὐρανόθεν οὐρανόθι, τηλόθεν τηλόθι, αὐτόθεν αὐτόθι καὶ ἐν σύγκοπῃ αὐθι. . . ἄγχι. . . κέλθι. . . v. 14 sqq. τοῦ γε μὴν ἐτέρου ὑποδείγματα ἔστι τοιαῦτα, Ὁθήβηθεν Ὁθήβησιν,

Ἀθρήνηθεν Ἀθρήνησιν,
 Θύρηθεν, Θύρησιν.

Haec vero adverbia ut bis perstringerentur, id videri potuerit in causa fuisse, quod et *τοῖς εἰς ι* et *τοῖς εἰς θεν* cognata sunt: ut iure in utriusque quasi tribus percensione producta sint. Quae ratio neque cadit in ea, quae de adverbis in *ου* desinentibus excripsimus, et, nil pertinet ad adverbia *τὰ εἰς ω* et *τὰ εἰς φι* — si modo haec sunt adverbia —, quae iam p. 572, 12 sqq. et 574, 7 sqq. tractata iterum prodeunt p. 609, 7 sqq. et 608, 5 sqq. Quorum repetitio etsi non nulla complectitur — *παρὰγωγὴν* enim esse *φι* terminationem docetur ll. ll. et qua ratione *τὰ εἰς ω* deriventur ab praepositionibus expeditur p. 576, 19 sqq. et 609, 9 sqq. — tamen alio nomine insignis est. In secundo enim quod *φι* terminationem inlustrat capite bis spectat grammaticus primam eiusdem rei explanationem p. 608, 5 et 609, 5. Unde profecto consequitur, non casu alterum caput aliunde in hunc librum invectum, sed ab ipso grammatico adiectum esse consulto. Quod si ita factum est, iam non dubitari potest, quin Apollonius certo consilio, quod aliud fuerit atque illud quod in prima tractatione secutus est, ad eiusdem rei redintegrationem se accinxerit. Atque hoc quod fuerit, efficit horum *φι* et *ω* finium iteratio, ut plane perspiciamus. Antea enim cum id egerit Apollonius, ut formas earumque leges explicaret, nunc in id potissimum intentus est, ut his quae subsit notio exponat. Quod vel prima utriusque de *ω* fine disputationis verba aperte indicant: altera enim sic incipit: *τὰ εἰς ω* λέγοντα βαρύνεται, altera autem his: *τὰ εἰς ω* λέγοντα ἐπιζῶντά σημαίνει καὶ τὸ ἐν τόπῳ καὶ τὸ εἰς τόπον. Quibus verbis convenit, quod deinde in *εἶσω* adverbii notionem accuratius inquirat grammaticus, sic ut de *φι* terminatione iterum agens *ἰφι* et *νόσφι* formarum significationem indagat. Neque in grammatico ubertatis amantissimo potest offendere, quod de notione disputans non veretur animadversiones de formis iam antea traditas adnectere.

Idem autem ei fuisse consilium in adverbis, quae in *σι* vel *θι* et quae in *ου* exeunt, bis percensendis, persuadent indicia non ambigua. De illis enim non obscure hoc consilium significant verba, quibus secunda eorum tractatio inducitur I. I.: *παράκειται τοῖς εἰς θεν λήγουσι τὰ ἐν τόπῳ, τοῦ τέλους εἰς τὸ ἰ μεταλαμβανομένου.* Quod autem ad adverbia in *ου* desinentia attinet, fatendum est, in ipso altero capite eis dicato nihil extare, quod eius modi consilium prodatur. At id habuisse Apollonium perspicuum fit inde, quod cum his adverbis ea, quae in *τε* exeunt, ita coniungit p. 607, 12: *ἔστι καὶ συνύπαρξις τῶν εἰς τε ληγόντων ἐπιρῶν ἡμάτων κτλ.* Hos igitur *ου* et *τε* fines, quorum neuter derivatur ex altero, quo modo geminos dicere potuit grammaticus, si formas spectavisset? Contra *αὐτοῦ ἀγχοῦ* et *ἄλλοτε πάντοτε*, cum omnia *τὸ ἐν τόπῳ* significant, artissima afinitate utuntur, si notionem respicis: ut dubitari nequeat quin notio sit, cuius grammaticus ut in *τε* fine p. 607, 12 sqq. inlustrando ita in *ου* terminatione iterum perstringenda rationem habuerit.

Hoc unum igitur constat, quattuor illa genera, quorum terminationes sunt *ου*, *θι* vel *σι*, *φι*, *ω*, bis in libro *π. ἐπιρῶν ἡμάτων* Apollonium tractasse, ita ut modo forma modo notio explanaretur. Nec id mirum duxit Schneiderus: immo perapte opinatus est grammaticum, cum de localibus adverbis in *θεν* exeuntibus disputaret, correlativa quae vocant genera in *ου*, *θι* vel *σι*, *φι*, *ω* desinentia quamvis iam antea inlustrata iterum producere. Verum ut concedo prudenter egisse Apollonium, quod haec genera, quippe quae omnia locum significant, in unum consortium conligavit: ita pernego id ullo pacto isti quattuor generum redintegrationi posse excusationi esse. Si enim eis sedem in hac libri parte concedere voluit grammaticus, cur tandem iam prius ea percensuit? Duo quidem illa, quae in *φι* et *σι* vel *θι* exeunt, sane integritas disputationis efflagitavit, ut etiam in *ι* finis explanatione commemorarentur. At nulla eius modi causa aderat,

cur duplex *ov* et *ω* finibus tribueretur expositio: qui item ut *τ ε* et *ζ ε* et *σ ε* fines, qui semel tantum in adverbiorum locallium doctrina prodeunt, antea praetermittendi fuerunt. Sin autem grammaticus omnes quae locum indicant formas comprehendere voluit, cur huic capiti adverbia in *οι* desinentia non inseruit? Dissertit enim de prosodia tantum eorum p. 588, 18 sqq.

Schneideri igitur opinio, longe abest, ut probari possit. Ut autem, quanta sit difficultas sub illa quattuor generum redintegratione delitescens, plane perspicias: in libro nostro, qualis a codice Parisiensi servatus est, adverbia ita recensentur, ut, cum quattuor illis generibus, quae fines habent *ο v*, *σ ι* vel *ϑ ι*, *φ ι*, *ω*, duplex concessa sit disputatio, altera formarum causa, altera ad notionem expediendam, longe plurimorum generum formae modo explanentur atque quattuor, quae desinunt in *τ ε*, *σ ε*, *ζ ε*, *δ ο v*, semel tantum, sed notionis habita ratione proferantur. Nec vero ipse habeo, quo modo hanc rem ita explicem, ut ulla insit persuadendi necessitas. At significavi eam, quia, cum Apollonio istum disserendi morem imputare nequeam, persuasissimum habeo novum inde indicium accedere corruptae huius libri conditionis.

TIBI, mi Vahlene, qui conlega mihi olim coniunctissimus, semper amicus fuisti suavissimus, lubens offero lucubrations has de Apollonii Dyscoli libris grammaticis: quae TIBI nunc in terram longinquam nobis erepto aequae amoris mei testimonio atque memoriae sint consuetudinis iucundae, qua ad vada caerula Rheni fruebamur. Sed uberrimum mihi fructum rettulisse videbor, si TU his quaestiunculis monitus iam non cunctatus eris eandem qua de Latinis litteris eximie meritus es laudem etiam de Graecis reportare. Vale.

Dabam Bonnæ m. Februario MDCCCLVII.

ΑΑΛ . ΣΧΑΣ ΑΑ . Ο . ΚΑΦΘΟΝΑΜΟΝΩΝ : ΑΙ ΛΑ
ΕΛΘΑΥ . . ΩΝΟΣΤΙΧΡΗΚΖΖ ΟССС.

ΟΚΥΜΑΓΑΘ . ΠΡΑΪΥΟΧΤΛΟΚΡΑΣΕΟΣ ; ΙΧΧ ΗΘΗ Δ.
\\ Σ . ΚΕΖΖΤ . ΔΟΡΙΡΑΥΟΣСССΚΙС ; ΑΣΑΠΟΤΩΝΥΜ

ΩΝ ΣΟΣ . . Α . ΠΖΤΠΟΠΟΣΤΙΟΥΑΜΟΙΣΕΣΠΡΑΜΕΡΙΑΣ.
ΟΦΑΝΕΟΣΕ ΑΝΟΙΚΩΔΟΜΙΑΝ . ΑΣΕΝ
ΔΡΩΜ . . ΔΡΩΝΑΙΟ . ΔΕΛΙΩΝΟΣΤΙΣΕΠΙΤ
ΙΝΜΙΕΠΙΤΑΙΤΟΚΑΙΤΟΥΣΣΤΥΛΟΒΑΤΑΠΑΡΑ
ΑΣΣΙΤ . ΡΕΚΕΣΘΕΝΕΙΣ . Δ . . ΣΠΙΘΕΥ

ΠΙΣΟΥΠΑΡΙ ΔΕΙΡΑΒΔΟΥΠССС
ΧΠ ΙСССС Т ΕΟΟ

ΟΝΣΟΝΝΑΙΝΑΥΣΟΔΟΝΦΙΛΙΣΚΑ
ΑΣΕΑΦΙΣ . . Ε ΕΦΟΝΣΖΖΖ ΑΣΘΥΜΑΤΟΣ
ΝΑΣΝΑΦΙΚΟ . . ΑΝΟΔΟΝΤΑΝΕΥΘΕΙΑΝΤΑΝΑΠ
ΔΑΠΑΙΔΩΠΙΤΑΝΔΙΟΝ

ΔΕ . . . Γ . ΩΤΑΙΣ ΣΑΜ . ΙΚΗΣΕΑΧΩΡΙΟΥΠΑ
ΦΑΛΛΑΚΡΙΩΙССС ; ΠΟΡΙΟΥΦΑΛΛΑΚΡΙΩΝΠΣ ΝΑΠΟΥΥΠΕΡ
ΤΟΝСС ΑΝΑΠΟΙΠ ΠССТΟΙΧΟΥΕΡΓΑΣΙΑΣΑΠ.
ΤΟΙΧΟΝΕΡΓΑΣΙΑΣ ΤΟΥΕΝΤΑΙΕΠΙΧΑΝΙΜΙΑΙΣ

ΔΑΜΟΦΑΝΕΝΕ Ι ΕΡΜΙΟ.
ΔΙΟΒΙ ΠΕΝΤΩΜΠΑΡΤΟΝΑΓΥΗΕΣΤΕΠΟΙΤΑΦΑΛΛΑΚΡ.
ΤΟΥΕΠΔΟΙΣΣΕΡΑΤΟΙΧΟΥΤΟΥΛΙΘΙΝΟΥΕΚΕΣΘΕΝΕΙΡΗΡ
ΡΑΣΤ . . СССΠΔΙΝΘΩΝ ΥΡΙΑΝΟΔΕΙΚΑΑΠΟΣΤΙ
ΡΑΣ ΚΑΙ ΑΠΟΣΤΕΓΑΣΣΙΟΣΔ ΔΕΩΣΠСС

ΙΛΔΡΟΙΣ . . . ΕΡΓΑΣΙΑΣΣΒΙΤΩΝΤΟΙΧΩΝΤΩΝΛΙΘΙΝΩΝΠΡ
ΣΕΚΕΣΘΕΝΕΙСССΤΟΥΤΟΥΤΟΝΕΠΙΤΑΝΙΜΑΣΙΑΝΠΑΝΤ.
ΤΕΛΩΝΣΚΟΡΙΓΘΟΝΠΟΡΤΟΝΑΥΣΔΑΡΟΕССС-ΙΣΜΕΓ
ΔΟΣΔΟΔΟΥΑΠΟΤΟΥΔΕΥΕΟΣΕΣΤΟΝΟΙΤΟΡΑΡΟΝΕΡΓΑΣΙΑΣΔΑΜ
ΙССС ; ΠΑΝΑΓΟΥΣΕΣΤΑΝΟΔΟΝΤΑΝΠΑΡΤΑΣΕΠΙΚΑΠΙΔΑΣ

ΠΑΛΛΙΑΝΟΔΟΝΣΥΝΕΧΩΗΕΠΟΙΚΟΔΟΜΗΣΙΟΣΕΚΕΣΘΕΝΕΙΘС
ΑΠΟΦΑΝΙΠССЗЗ ПСССΒΗΖΙΒΡΕΩΜΦΑΛΛΑΚΡΙΟΥΤΑΝΟΔΟΝΕ.
ΟΝΘΕΡΣΑΝΔΡΟΥΔΑΡΚΕΩΝΙΣΣ : СС100 ; ΟΔΟΥΕΡΓΑΣΙΑΣΕΚΚΙΩ
ΩΝ . ΔΘΡΙΩΝΤΩΜΠΥΘΟΔΩΡΟΥΩΙΟΙΛΙΘΟΕΤΜΗΘΕΝΘΕΟΔΩΡ
ΟΚΙΟ . ΠΙΣΟΝΤΟΤΑΝΟΔΟΝΕΣΣΙΤΟΝΕΛΛΩΤΙΩΙ : ΖΖΖΟΔΟΥΕΡ

ΠССССΣΙΟΔΟΥΕΡΓΑΣΙΑΣΑΠΟΨΙΦΑΣΘΕΣΣΑΛΙΩΝΙ ; ССΞΞΙ : ΥΠΟΔ
ΣΘΕΝΕΙΡΗΡ ΠΠ7СС ; ΧΘΕΥΣΑΝΤΙΤΑΥΠΕΡΤΑΣΥΠΟΔΟΜΑΣΚΑ
ΝΑΣΕΠΕΤΟΥΧΘΕΙΣΑΣΥΠΟΙΚΟΔΟΜΗΣΑΝΤΙΤΑΘΕΜΕΛΙΑΒΚΕ
ΔΠΟΤΩΝΘΕΟΓΜΗΤΟΥΠΑΡΤΟΘΕΡΣΑΝΔΡΟΥΕΡΓΑΣΙΑΣΕΚΕΣΘΕΝΕΙ
ΤΟΙΣΠΑΡΤΑΝΟΔΟΝΗΙΜΑΡ ΣΡС ; ΤΟΙΧΩΝΛΙΘΙΝΩΝΑΠΟΘΡ

ΕΤΟΝΤΩΝΤΟΙΧΩΝΤΩΝΛΙΘΙΝΩΝΕΡΓΑΣΙΑΣΦΙΛΩΝΙ ; ПЗЗ ПΔΔΙ000
ΤΟΥΝΔΟΥΟΡΞΙΟΣΕΚΕΣΘΕΝΕΙ : ΗΘΗΞΡΔΑΥΛΩΝΕΡΜΑΣΣΙΟΣ
ΔΙΔΟΣΕΣΤΟΣΑΥΛΟΣΤΙΜΑΚΛΒΙΣΘΕΝΕΙССС : ΑΥΛΩΝΩΜΠΟΤΒΔΕΙΟ
ΚΤΟΥΔΑΠΕΔΟΥΚΑΤΩΘΕΩΙΚΟΔΟΜΗΘΗΚΑΙΤΑΣΠΥΑΛΙΔΟΣΠΕΡΙΟ
ΑΝΑΠΟΣΤΟΜΩΣΙΟΣΠΕΝΤΕΕΚΕΣΘΕΝΕΙ : ΖΖΖСССС : ΑΠΟΦΟΡΗΣΙ

ΤΟΕΜΠΡΟΣΘΕΤΟΥΝΔΟΥΜΕΛΑΝΘΙΩΙ : П7 : ΤΟΥΔΕΟΠΙΣΘΕΤΟΥΝΔ
ΙСССС : ΤΑΣΙΩΡΥΑΣΤΑΣΥΠΕΡΤΟΥΙΕΡΟ.ΑΡΤΑΜΟΝΤΙΚΑΙΤΑΓΓΑΝ
ΙΑΝΜΕΛΑΝΘΙΩΙΗΡΓ□ССΞ : ΣΚΑΠΕΛΟΥΥΠΟΤΑΝΤΩΡΥΑΠΟΥΥΪΙΟΣ
ΙΩΡΥΑΣΩΣΤΟΥΔΩΡΕΠΙΤΟΝΝΑΟΝ ; ΗΡΕΗΗ : ΜΕΛΑΝΘΙΩΙ : ΖΖΖΟ
ΟΝΕΚΕΣΘΕΝΕΙПС : ΔΕΥΚΩΜΑΤΟΣΤΑΙΣΥΓΓΡΟΦΟΙΣΜΕΝΕΚΡ

ΙΟΙΕΝΕΦΟΔΙΟΝΚΑΙΝΑΥΣΟΔΟΝΔΑΜΟΦΑΝΤΩΠΠΖ : ΣΚΑΠΕ
ΠΕΙΟΝΔΟΣΜΕΛΑΝΘΙΩΙΗΘΗΡΔЗЗЗССС : ΕΠΟΥΥΪΙΟΣ
ΕΡΜΑΙΩΠΡССЗΞΞΕΘΕΡΓΩΝΑΙΣΤΟΜΑΣΤΟΥΣΤΡΩΜΑ
ΔΙΩΝΔΙΑΚΑΤΙΩΝΕΪΗΚΟΝΤΑΕΠΤΑΛΙΩΝΙΘΕΟΔΩ.
Λ ΛΔΙΕΚΑΤΟΝΤΕΤΑΡΑΚΟΝΤΑΠΕΝΤΕΚΑΙΓ.

ΝΙΜΕΝΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑΤΡΙΣΕΠΙΣ
ΤΡΙΑΚΑΤΙΩΝΕΝΕΝΗΚΟΝΤΑ
ΑΝΙ : ПЗЗЗ ПСС

ΝΙΡΗΟΠΖ
ΔΙΑΚΑΙ